



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Vincentii Lirinensis Galli, Pro Catholicae Fidei Veritate et  
antiquitate, aduersus prophanas omnium hæreseon  
nouationes Libellus**

**Vincentius <Lerinensis>**

**Venetijs, 1549**

De reparatione iniuriæ 5

**urn:nbn:de:hbz:466:1-36089**

DETERMI. SCHOL. PARISIEN.

ius authoritas interponitur per iuramentum, ratione cui  
nouum uinculum obligatorium inducitur.

Propositio eiusdem de eodē quinta. Matt. 5.

Non est opus in cōtractibus admiscere iusurā, et  
erationes, aut similes, qd' et promittentem obstringere,  
& stipulanti facit fidem.

Censura.

Hæc propositio prætendens non esse conueniens, utile  
aut necessarium, adhibere iuramentum ad cōfirmandū  
manos contractus, uniuersaliter intellecta, est falsa, do-  
rorem Vuicleti accedens: Quandoq; enim utile est, que-  
doq; necessarium hominum cōmercia roborari, iuxtam  
super qua est contractus, magnitudinē, et personarum con-  
trahentium seu politiarum utilitatem inde prouenientem, ut  
uidere est in principiū fœderibus.

Titulus 5. De reparacione iniuriæ.

Propositio Erasmi. Luce 22.

**N**isi Christus humanum affectum, quo ipsum aposto-  
li diligebant, euidenter castigasset, existimassimus  
nobis licere aduersus impiorum uiolentiam nos  
mis defendere, ac uim ui repellere. Nūc autē cum Petrus  
prehensus sit, quod aduersus impios & sceleratos pro in-  
nocentissimo dño strinxerit ferrū, quæ poterit esse possit  
causa, ut homo christianus iniuriā iniuria repellat?

Ioan. 18

Censura.

Quanquam inter christianos, quantum fieri potest, fu-  
gienda sunt bella & lites, hæc tamen propositio ut iacet,  
innuens nunquam licitum esse bellum aduersus impiorū uio-  
lentiam, quasi nunquam iuris ordine seruato, se defendendo  
iusta sit belli causa, eneruat omnem politiam, & à lege natu-

rali & à diuina discrepat. Alioqui enim non cōmemoraren-  
tur in libris Numerorum, Iosue, Iudicum, Regum, & Ma-  
chabaeorum multa bella, quæ ex diuina ordinatione gesta  
sunt. Scriptis præterea per Apostolum & alios sanctos ui-  
ros hæc propositio obuiat, atq; hæresi consentanea est pau-  
perum de Lugduno & Lutheri. Neq; scriptorem excusat  
quod adiicit, quæ poterit esse posthac causa, ut homo chri-  
stianus iniuriam iniuria repellat: cum in præcedenti parte  
clare tradat, simpliciter non licere nos armis defendere, aut  
uim ui propulsare. Vnde manifeste colligitur sensus autho-  
ris. Neq; etiam ea ratione Petrum Christus reprehendit,  
quasi nunquam liceat uim ui seruato moderamine inculpa-  
tæ tutele rei scire: sed qd' ipsum defendere niteretur perin-  
de ac si aliquo Christus indigeret humano subsidio, et mor-  
tem iuxta patris decretum absque contrapugnatione non  
acceptaret uoluntarie.

## Titulus 6. De matrimonio.

Prima propositio Erasmi. Matth. 19.

**Q**uæ alteri uiro sui fecit copiam, iam uxor esse de-  
sift & matrimonij ius ademit sibi diuisa carne,  
cum Deus unam & indiuisam esse uoluit.

Secunda eiusdem propositio.

Inter euangelicos una duntaxat causa dirimit coniugium,  
hoc est uiolata coniugij fides.

Tertia propositio eiusdem. Marci 10.

Uxor, quæ sui corporis copiam fecit alteri, iam etiam si  
nō repudietur, desit esse uxor: et maritus, qui sui corporis  
copia fecit alienæ, iam ante diuortium maritus esse desit.

Quarta propositio. Marci 10.

Quemadmodum ignis non est ignis, nisi caleat: ita con-